et alios omnes exinde consequentes Causæ eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad nummimenta ad Quidcorem, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem præterea ultra proximos officii præfati Castrensis Capitanealis sive etiam Consistorialis Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalibus Juris præscriptione Terrestri, bello, conventioneque ac aliis omnibus quibusvis Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo quovis alio evadendo, illis suis præsentibus personalibus recognitionibus ad præmissa omnia et singula mediantibus.

Feria Sexta post Dominicam Lætare Quadragesimæ proxima Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio.

[7] III

Terlecki in rem Winnickiego Scriptum Roborat. 1345

Comparens personaliter coram officio et Actis præsentibus Castrensibus, Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Petrus Terlecki Sarosczak Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Fienibus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, præsenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quo ad actum moderonum attinet

+

se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter
et plenarie incorporando atque subjiciendo palam, libere, publice,
ac per expressum recognovit Quia ipse se ac suos successores in
et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis
quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus Scriptum
certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Nobilis
Joannis Winnicki Marieszak ratione certarum rerum et conditio-
num in eodem scripto manuali contentarum, de actu et data
illius in Civitate Novy Sandecz die vigesima tertia decembris
Anno proxime elapso Millesimo sexcentesimo septuagesi-
mo secundo confectum conscriptum, et datum signo sanctae
Crucis ob ignorantiam scribendi per Recognoscentem manu
eiusdem subscriptum Vadioque Ducentarum Marcarum Polonica-
lium ad tenendum firmatum in omnibus et singulis eiusdem
Scripti manualis Conditionibus punctis, clausulis, articulis, vadio
ligamentis ac nexibus generaliter omnibus eidem Nobili Joan-
ni Winnicki ipsiusque posteris firmiter tenere complere exequi
ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis illius Contentis
tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus
fuerit satisfacere, Scriptum praefatum manuale ad Inscripti-
onem praesentem Roborationem, et Inscriptionem praesentem
Roborationem ad praedictum Scriptum manuale Vicissim
in toto referendo. Idque sub Vadio summa Ducentarum Mar-
carum Polonicalium per eundem Recognoscentem vel eiusque
posteros suprascripto Nobili Joanni Winnicki sive illius suc-
cessoribus ob non Completionem Contentorum Scripti eiusdem
manualis omnium et singulorum, tam in toto quam in parte
toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro
pro quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succum-
bito, ac pro re aliqua principali ex Contentis Scripti eius-
dem manualis non completa Complenda Citatus existens

memoratus

inemovatus Recognoscens Nobilis Petrus Tervlecki Sawczak sive eius Successores, Ad Instantiam praefati Nobilis Joannis Wiśniewski Maciejczak Vel illius posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio, stare Juri parere respondere Validum praeticium tueri, Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus eundem Terminum primum peremptorium, Vti et alios omnes ejusdem Consequenter Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum legatione intra Vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad Evidendum, Vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea Vltra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia, poenis simplicibus Vel Duplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalibus Juris, praescriptione Terrestri bello Conventionoque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Jankowska Popielowi Obligat.

1345

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Anna Jankowska Nobilis olim Pauli Lucki Szczerbiak cum Nobili